



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 55. Frustrata pacis negotiatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

§. LV.

Frustrata pacis negotiatio.

Rejctis, quos nuper Hagæ Comitum
Fœderati proposuerant, præviis pa-
cis articulis, rursus Mense Martio Fœ-
deratorum nomine Eugenius Princeps,
Marleburgus Dux, & Buissius Gertru-
dembergæ prope Bredam convenerant.
Eo etiam Ludovicus XIV. Uxellium
Marchionem & Polignacum Abbatem
ablegabatur, qui seorsim, exclusis Hi-
spanis, pacem cum Gallis ineundam,
Philippo utramque Siciliam, Carolo
autem Hispaniæ Monarchiam esse asse-
rendam proponebant: Jam per integros
quinque Menses & amplius ultro citro-
que disceptatum, cum ergo Fœdera-
torum Deputati haud obscure cogno-
scerent, quod Galli nullatenus sincero
paciscendi animo tractationes suscepif-
sent, sed variis tergiversationibus, &
artificiosis prætextibus conclusionem
eo fine protelarent, ut fœderatos pa-
cis fiducia sopitos ab ulteriore belli ap-
paratu averterent, atque alternis, mu-
tatisque propositionibus divisionem in-
ter eos sererent, hinc congressum de-
sperato successu abruperunt, Accessit
insuper, quod Galliæ Rex Philippi Ne-
potis sui partes deserturum se, minus

*Hode Hist.**de Louis**XIV. l. 60.**pag. 108.**Kettel. Dec.**VI. p. 600.*

Q 5

fin.

Sæc. XVIII. sincere promississe videretur, eoque
 A. C. 1710. eidem iuvando omnes vires impende-
 ret, atque Anglos a foederatorum par-
 tibus avertere toto conatu moliretur.
 Insuper compertum erat, quod in nova
 expeditionis sumptus Archiepiscopus
 Parisiensis Cardinalis de Noailles in Pa-
 risiensibus comitiis ex Cleri Gallicani
 proventibus Regi viginti quatuor libe-
 rum millones obtulisset: Desperavit
 igitur pace rursus ad arma ventum esse,
 ac præprimis perrupto aggere Foederati
 Duacum in Flandria, Bethuniam
 S. Venantii oppidum atque Ariam ex-
 pugnant, Gallosque jam per unam Ur-
 bis portam irrumpentes non sine clade
 Lovanio expellunt. In Catalonia vero
 Cæsarei Philippum a Bellegarii ob-
 sidione repellunt, necnon ad Alumna-
 ram post atrox, cruentumque prælium
 caelo ejus Equitatu Peditatum in tur-
 pem fugam agunt, ac rursus ad Cæsari-
 Augustam tanta clade Gallo-Hispa-
 nos afficiunt, ut Rex cæsis suorum quin-
 que millibus, totidemque captis Ma-
 drito in Gallias cum tota sua familia
 profugere meditaretur: postea tamen
 cum Lusitani copias suas Carolo Regi
 Madritum properanti jungere recusa-
 rent, Gallicis auxiliis adjutus nutan-
 tes populos sibi rursus devinxit, & Ca-
 rolum infecta re Cataloniam regredi
 compulit.

§. LVI.